BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et Aplicam ben. Religionis zelus, vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut te specia-
libus favoribus, et gratiis prosequamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti quod tu, qui (ut asseris) in Sacro Clericatus Ordine constitutus existis, ac habitum per Monachos Ordinis Sancti Benedicti gestari solitum
suscepisti, professionem vero per eosdem emitti consuetam quantocitius emittere posse plurimum desideras. Nos igr de praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes,
et à quibusvis excommunis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclicis sententiis, censuris, et poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolt innodatus exis, ad effum psntium tantum
consequen harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humilr porrectis inclinati, tibi, ut de superiorum tuorum consensu peractis sex mensibus Novitiatus dum-
taxat, professionem ptam expressè, ac valide servatis aliàs servandis emittere libere, et licite possis, et valeas, Aplica auctte tenore psntium concedimus, et indulgemus; ea tn lege, ut in actu professionis supradictae
concesso tibi per easdem psntes indulto te uti velle expresse declares. Non obstan constitonibus, et Ordonibus Aplicis ac dicti Ordinis etiā iuramento, confirmatione Aplicā, vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et lris Aplicis in contrium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores psntibus pro plene, et
sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrijs quibuscum-
que. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXij Maij MDCCXLV Pontus Nri Anno Quart

D. Card.li Passioneus

San Victorian 28

Dilecto filio Hieronymo Moreu Pbro Monacho Novitio Ordinis Scti Benedicti

32

61